

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7151

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Saint-Paul, dépendance Saint-Martin de Marmoutier (prieuré)

**Genre d'acte :** vidimus

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1174, 6 octobre-1189]

**Lieu d'émission :** Caen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vidimus d'une charte du roi d'Angleterre Henri Ier pour les religieuses de Saint-Paul-hors-Rouen.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCCLXVII t. 2, p. 17-18.

## Dissertation critique

« Après le 6 octobre 1174 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 17. Geoffroy Ridet, évêque d'Ely, a été sacré le 6 octobre 1174.

Texte établi d'après a

Henricus, rex Anglorum, [etc.], archiepiscopo Rothomagensi, Baiocensi et Ebroicensi episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis quod, ad petitionem et precem priorisse ecclesie Sancti Pauli extra Rothomagum, et sanctimonialium in eadem ecclesia Deo servientium, recepi et sigillo meo confirmavi scriptum quod tunc temporis habebant a Henrico rege Anglorum, avo meo, in hec verba.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, etc. Precipio quod ecclesia Sancti Pauli extra Rothomagum et priorissa et moniales de mea elemosina que ibi Deo serviunt teneant et possideant terras et homines et omnia sua bene et in pace et quiete ab omnibus rebus ad me pertinentibus, tam in terra quam in aqua et nemore et omnibus aliis locis, sicut umquam melius tenuerunt in pace et quietiores fuerunt in tempore patris mei et fratris mei et in meo postea, et super hoc prohibeo, super penam centum unciarum auri, ne quis contra hoc meum preceptum eat, decrescendo vel minuendo libertates et quietaciones suas quas eis concessi. Et vobis precipio quod ecclesiam predictam et priorissam, moniales, terras et homines, possessiones et omnia sua custodiatis et manuteneatis contra omnes et defendatis, sicut res meas proprias que sunt de elemosina mea, et in tutela mea et in manu mea. Teste R. de Ver. Apud Rothomagum.

Igitur auctoritate precepti Henrici regis avi mei et antecessorum meorum, qui predictam ecclesiam cum pertinentiis suis in elemosinam statuerunt et confirmaverunt, et auctoritate mea, vobis precipio quod ecclesiam illam et priorissam et sanctimoniales ejusdem ecclesie, cum universis pertinentiis suis, custodiatis et defendatis, sicut meas

res proprias, et maxime homines suos, ubicunque sint, contra omnes guarantiatis, et liberos et quietos in omnibus manuteneatis. Et preterea dono et concedo in perpetuam elemosinam priorisse et monialibus predicte ecclesie proprios usus suos capiendos in foresta mea de Rovreio, videlicet ad focum suum et domos suas edificandas et reparandas. Et si bestia silvestris, qualiscunque sit, capta fuerit infra metas priorisse memorate, ipsa et moniales sue illam bestiam habebunt in pace et quiete et sine molestia alicujus, videlicet de via que est inter ecclesiam predictam et prioratum Sancti Michaelis de Sancto Audoeno Rothomagi usque in medio Secane in latitudine, et de pomerio abbatis Sancte Trinitatis de Monte usque in finem terre de Merdepluet in longitudine, secundum quod terra sua se proportat in villa de Merdepluet. Si quis autem contra hec precepta mea ire temere presumpserit, vel molestiam aut gravamen aliquod priorisse aut monialibus aut suis fecerit, volo et precipio quod pena de centum unciis auri ab eo sumatur, et priorisse predicte et monialibus suis detur, vel tantum in meo carcere teneatur, donec ad plenum priorisse predicte et suis monialibus satisfiat.

Testibus : G. Eliensi, Henrico Baiocensi, R. B[athomensi] episcopis.

Apud Cadomum.